



Disputatio medica inauguralis de haemorrhoidibus

<https://hdl.handle.net/1874/341898>

D I S P U T A T I O M E D I C A
 I N A U G U R A L I S,
 D E
HÆMORRHOIDIBUS.

QVAM,
 F A V E N T E D E O T E R O P T . M A X .

Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOANNIS LUYTS,

Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ

Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

N E C N O N

Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimeque
Facultatis MEDICÆ Decreto,

P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,
 Summisque in MEDICINA honoribus & Privilegiis
 rite, ac legitimè consequendis,

Eruditorum Examini subjicit

J O H A N N E S B A L L .

Ad diem 14. Martii horis locoque solitis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
 Typographi, cōc loc LXXXVIII.

А С К А Д Е М И Ч Е С К А Я
Л А Б О Р А Т О Р И Я

И М Е Н Й О М І І І

ДІЯНІЯ
ІМІДЖІВ

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

І М Е Н Й О М І І І

ТРАДОЦІЯ ЯНІСІЯ

Ex Officina Francisci Halimi Academici

Typeisib[us] C[on]f[er] T[er]c[ia]m

D I S P U T A T I O M E D I C A
I N A U G U R A L I S,
D E

HÆMORRHOIDIBUS.

I.


Æmorrhoidis vox est origine Græca, ab *αιμα* & *ῥοειν* composita, idem nomen acceptum à græcis apud Romanos authores retinetur. Secundum vocis etymon potest quilibet sanguinis fluxum denotare, usus tamen obtinuit, ut accipiatur solum pro sanguinis fluxu ex arteriis vel venis prope intestini recti extremitatem, sive foris sunt visibles, sive intus in intestino latitantes oculis non pateant. Sciendum autem est, non solum fluxum sanguineum sub hæmorrhoidum nomine indigitari, sed etiam vasorum antedictorum extremitates tumentes, sic ut apud authores duo affectus sub communi nomine tractentur, quos & nos sequemur, quandoquidem in pluribus & causa & cura convenienter, sed priusquam ad ulteriora pergamus, de parte affecta paucula prælibare necesse est, ut exinde in symptomatum natum melius possimus penetrare, & ut habita loci ratione cura rectius instituatur.

II. Intestinum rectum quod est horum vasorum subjectum, connectitur in extremitate ossi sacro, & coccygis, à peritoneo, in viris etiam radici penis, in mulieribus utero per musculos, quorum tres habet, unus dicitur sphincter, estque massacarnea gaudens fibris transversis, obliquisque, intestinum totum circumdans. Oritur ab inferioribus portionibus ossis sacri, duo alii levatores dicti, longi, lati, ac carnosí ortum habent à ligamentis ossium sacri & Coxendicis, & ad latera musculi sphincteris in superiori parte inseruntur: post dejectionem anum sursum trahunt. Quod ad vasa, intestinum gaudet venis, arteriis, & nervis, venæ numerantur tres hæmorrhoidales dictæ, externæ duæ,

4 D I S P U T A T I O M E D I C A

interna una, hæc oritur à portæ ramo mesenterico vel splenico, vel à spatio intermedio, (in his enim ludit natura) & per membranas intestini dispergitur, externæ sunt propagines venæ hypogastricæ, & circa ani marginem extreum desinunt. Arterias habet & ex ramo mesenterico inferiore, & ex hypogastrico. Nervorum plures ramulos aspinali medulla. His ita explicatis vix opus est definitione, cuilibet enim patet ex supra dictis, per hæmorrhoides fluentes, nos intelligere excretionem sanguinis è vasis modo nominatis, & per tumentes vasorum illorum extremitates à stagnante sanguine in tumorem elatas.

III. Sequitur nunc ut de causis agamus, quas clarioris explicatio-
nis gratia in internas, & externas dividemus, proximas, & re-
motas, in remotis, sive externæ, sive internæ sint, ad utrum-
que affectum respicimus, quia utriusque morbo cædem sunt fere
Communes, in fine demum addituri si quid specialius de alter-
utro dicere necessarium videtur. Primum itaque, quod ad Cau-
fas externas attinet, eæ ex sex rebus non naturalibus vulgo dictis
petendæ sunt, incipiems ab aëre, qui quantam habeat vim ad
Corpora nostra inmutanda, unusquisque in se ipso sentit, si in
corpo sano ejus effectus sentiuntur, multo magis in morbido:
primo in æstate quando nimis æstuat, majorem motum ac fer-
mentationem in sanguine excitat, & febris, morbisque à sale
exaltato oriundis, (uti nunc mos loquendi obtinet) occasionem
præbet; neque putandum est solum tenuitate, ac particularum
motu rapidiore peccare, sed persæpe variis exhalationibus præ-
gnans, materiam heterogeneam, sanguini nostro in congruam,
& valetudini inimicam præbet, unde oriuntur quandoque mor-
bi, magis, minus maligni, pro materia copia, & viribus, ut
in petechiis alisque id genus pustulis videre est. E Contra vero
in hyeme, ubi particularum crassiorum copia scatet ac motu fere
privatur, præsertim in locis stagnantium aquarum putredine
squalentibus, fermentationem non satis adjuvat ut exinde fieret
recta recrementorū à sanguine secretio, & nimia frigiditate cu-
tim condensat, sic ut illa, quæ per æstatem solebant ad habitum
amandari, & exhalare, (quorum si Sanctorio fides longe maxi-
ma est copia,) in sanguine coacervantur, unde sanguis multis
par-

particulis in congruis scatens morbos parit, à pituita & acriore fero oriundas, ut videmus quotidie à subito impedita transpiratione catarrhos, tusses, dolores, ac infinita mala coriri.

IV. Sequuntur Cibus, & potus, quorum non minor ratio habenda, cum ex his in ventriculum receptis fiat chylus, unde sanguis & spiritus fiunt in vietu variis modis peccari potest, sed præcipue videntur hic culpandi, qui cibis vel crudis, vel nimis acribus utuntur; crudorum ingurgitatio facile ventriculum labefactat, cum enim aqua abundant, fermentationum necessiarum defectu, in materiam feculentam ac viscidam facessunt, unde sanguinis nimia crassities, vasorum obstructions. Nec minus peccantii qui nimis acribus indulgent, & viscidis, ut qui falsamenta sicca, carnes fumo induratas, & id genus aliâ impotentius appetant, quæ ventriculo in Coctione magnam creant molestiam & vix aut ne vix ab eo domari possunt, & ita sanguinis crasis pervertunt, ut spiritus etiam acriores fiant, neque præteriundi sunt illi qui spirituosis tantopere delectantur, quæ licet primo ventriculo calorem conciliare, & spiritus ad majorem alacritatis gradum provehere videntur, sit tamen paulatim, ut natura iis assueta enervetur, ventriculus tonum suum amittat & sanguis vel in summatam acredinem, vel in aquosam vappam degenerat; ut satis probant cachexia scorbutica & hydrops, quæ tales errores non raro sequuntur de cæteris rebus non naturalibus, non est quod multum dicamus: a vita nimis sedentaria labefactari corporis coeconomiam manifestum est, inde apepsia, gravitas, ad motum ineptitudo &c. motu vix hic peccatur nisi ubi non assuetis istæ partes nimis agitantur, ut ab improba equitatione, & similibus, præsertim in iis qui hanc morbum antea passi sunt, vel hoc modo dispositiones in corpore latentes in actum deducunt, ad excreta possunt referri excrements dura, quæ cum labore, ac dolore egeruntur, & istas partes nimis comprimunt, tale quid aliquando accidit puerperis à laborioso partu, præsertim in iis quæ pelvem habent angustam; huc referri potest, nimia Venus, ut à quibusdam observatum est, eos qui in florente ætate nimis libidinosi fuere, senescentes hæmorrhoidibus torqueri. de animi pathematibus in causis internis dicetur, his pos-

6 D I S P U T A T I O M E D I C A

sunt addi sessio diutina super lapidem frigidum, item infantum in sellis diuturnior mora, item purgationes frequentes ex nimis acribus, clysterum usus nimius, sed hæc pauca de his dixisse sufficiat.

V. Ad causas internas penitus considerandas, necessarium est quædam de sanguine prout in statu naturali constituitur præmittere, sanguis ergo potest sub vario respectu considerari, vel quantum ad particulas ex quibus constat, sic ut ab Hippocrate observatum est, nisinitis particulis heterogeneis scatere, quoad potentias inter se plurimum discrepantes, insunt particulae aquæ, terreæ, amaræ, acidæ, salsa, insipidae, & ut illæ ad motum magis sint dispositæ, hæ moras necunt, & impetui resistant, priorum si satis magna adsit copia, spiritus augent, & fovent, posteriorum si nimia sit abundantia spiritus non generantur, corpus quasi torpidum ac effœtum redditur. Itaque si omnia ista secundum naturæ leges debita proportione, & potentia, inter se sunt commissa, sanguis æquabili tenore per omnis corporis partes circulatur, boni separantur spiritus, quod apponendum erat partibus solidis, apponitur, quod inutile, vel natura, vel mora sua noxiun foret, per vias ordinarias ablegatur; at si hac mixtione turbata, particulae aliæ aliis vel indebita quantitate, vel virtute præponent, magnæ fiunt turbæ, multorum tandem malorum causæ; inde oriuntur Cacochymniæ, quæ serosæ, biliosæ, pituitosæ vocantur, quæ tamen non simplices semper existunt, sed non raro inter se Combinantur: v. g. si nimium abundet serum sali acri commixtum sanguis ex ista tenuitate ac falsedine miras sæpe fermentationes subit; ab acrimonia vasorum extremitates corroduntur, & ex variis corporis partibus variæ fiunt sanguinis excretiones, & tumores, ut in scorbuticis passim videre est, si rufus sanguis à multa materia viscida oppressus sit, neque fermentationem debitam concipit, neque ita facile per vasa circulatur, inde obstrunctiones, primo forsitan parvæ sed tempore omnia fiunt deteriora, & acriora, hinc tumores & vasorum ruptiones facile fieri possunt; sed hæc sunt altioris indaginis, neque opus est singula prosequi, sed hæc pauca prælibasse nobis sufficiat deinde sanguinis copia respectu vasorum potest considerari, ut in plethoricis, ubi omnia vasa distendit, & sibi ipsi in motu impedimento est, & quanquam vix credibile videtur

detur, plethoram per se esse hujus morbi causam, potest tamen in assuetis morbum hunc saltem adjuvare. quæ de plethora vera sunt intelligenda; alias enim si ista vasorum distensio non fiat à puro sanguine, sed à multo sero acriori immixto, ad Cacochymiam de qua in prioribus dixi, referenda est.

VI. Ultimo potest sanguis secundum motum Considerari, quatenus nimirum à spiritibus vel nimis vel non satis influentibus agitur, si deficiant spiritus sanguis yappescit, & acredinem contrahit, haud aliter quam vinum à spiritu suo destitutum, rursus si nimis influat, sanguinem ita susque deque exagitant, ut qua data porta, ruat aut aditum si non inveniat, faciat, ut in impotentibus animi affectibus sæpe fit. sed hęc hactenus, nunc ad causas proximas in quibus de utroque morbo separatim agendum est.

VII. Tumentium hæmorrhoidum causa proxima, est sanguis in ipsis vasibus subsistens, unde fit eorundem tensio, neque tamen necessarium videtur hanc stagnationem semper causam habere à sanguine in sola sua massa multum peccante sc. ut nimis crassa, ac melancholica sit, sed sanguinis massa existente satis laudabili, & nullo insigni vitio laborante, fieri potest obstructio per quam partes sanguinis crassiores transire nequeunt, & tenuiore parte per continuum motum ad superiora propulsā, necesse est ut illæ crassiores relictæ tumorem efficiant, vasa distendant, & sua mora acriores factæ, & per mutatos poros diversam materiam ætheream admittentes variis modis alterari possunt, unde dolor à fibrarum læsione, & ab ista corruptione quandoque gangræna sequitur.

VIII. Fluentium causa proxima, est vasorum hæmorrhoidalium apertio, quæ per Anastomosin fieri videtur, non tamen intelligimus Anastomosin Anatomicam ubi venæ & Arteriæ mutuas habent inosculationes, sed ut dictum est, ubi vasorum extremitates aperiuntur, si cui autem videtur yasa non solum aperiri, sed ab acri materia quoad extremitates erodi, me repugnantem non habebit.

IX. Sequuntur differentię, quæ pro vario respectu multæ sunt, nos hic præcipuas solum recensēbimus. Primo loci ratione, possunt dici apertæ vel cæcæ, sic ut hæ sint quæ intus in intestino latitant, illæ quæ extra sunt, & oculis patent. Distinguuntur, item in

8 D I S P U T A T I O M E D I C A

in fluentes, & non fluentes, sive clausas, sive tumentes solum mavis appellari, & hæc ab ipsis nominibus patent, deinde pro istarum rerum similitudine, quarum figuram fortuntur variis gaudent nominibus, ut sint uales, morales, vesicales, sed hæc minoris sunt momenti, secundum magnitudinem, ubi solum tantum aliquando accedere fere ad magnitudinem ovi columbini. Deinde respectu ad curam, aliæ sunt benigne, aliæ malignæ, & cancroſæ, restat ultima differentia qua in praxi maximi est momenti, ut sint vel spontaneæ, vel criticæ, vel symptomaticæ, spontaneæ sunt aliquibus valde familiares, etiam in statu sanitatis, & à multis morbis præservant, criticæ sunt in morbo, dum natura per has vias causam morbificam evacuat; cum bonis ægri rebus, symptomaticæ sunt morbus, sed de his in prognosi.

X. Nunc pauca de diagnosi notanda sunt, ubi primo monendum, futuri morbi nulla esse indicia usque adeo certa, ut certo possit concludi sequuturum morbum, suspicionem tamen præbet dolor in excernendo (modo à duritate fæcum vel alia causa manifesta non procedat) si diutius duret; item punctiones, & distensiones, ardores, quæ omnia in non assuetis sunt incerta, sed in iis qui hoc morbo ante laborarunt certiora, & quasi mox futuri præludia, quantum ad morbi præsentis signa, tumentes possunt dignosci à definitione antea data sc. quod sint prominula vasorum capitula, sic ut nihil substantiæ crassioris carneæ adsit, quo signo satis distinguuntur à cristiis, & ab aliis ani vitiis, quæ iis accidunt qui præpostera venere utuntur, de his, si quis plura desideret, adeat authores, cætera quæ colorem & figuram spectant ex differentiis supra propositis peti possunt, in fluentibus, adest sanguinis excretio, quæ quandoque certum observat tempus, ut mensium fluxus in mulieribus, sèpius vero nullum ordinem observat; sed frequentius, vel rarius accedit, secundum legitimum usum, vel abusum, rerum non naturalium, sanguis aliquando effluit cum stercore, aliquando sine stercore, magis minus copiose, colore vario, secundum varias dispositiones in massa sanguinea latentes, sèpius ex relatu ægri cognoscitur ab aliis sanguinis excretionibus per istas partes sic distinguuntur, à dysenteria, quod illa maximum causam in abdomine dolorem, adest

INAUGURALIS. 9

adest febris, ejicitur cum sanguine mucus, ut etiam in tenesmo, in fluxu hepatico, quod ejicitur tenuius est, loturæ carnium simile, adde, quod hic sit morbus rarissimus, & si forte distingui non poterint cura in multis fere eadem. Accidunt etiam aliquando mulieribus hæmorrhoides in pudendo, ut hic fluxus a menstruorum distinguatur, observandum est, in fluxu menstruo, nulla in conspectum venire vasa, dolores esse in hypogastrio in hoc fluxu vasa, & visu, & tactu dignosci possunt, dolor solum in pudendo.

XI. Quantum ad prognosin, hæmorrhoides tumentes in bona corporis constitutione non sunt ita periculosæ, magnam tamen quandoque creant ægro molestiam, dolorem adeo acerbum inferunt, ut sæpe ægri mori cupiant; ex majori inflammatione, & diuturniori sanguinis stagnatione, metus est ne in gangrenam, & sphacelum abeant; quandoque in fistulam desinunt non facile sanabilem in parte membranosa, & sæcum excretione semper humida, observandum præterea illas quæ intus ad radicem virgæ positis sunt, sæpe stranguream molestissimam inducere. De fluentibus judicandum secundum differentias antea positas, spontaneæ in bonis sunt, sic etiam Criticæ, à quibus magni morbi quandoque judicantur secundum Aphorismum undecimum & 21m sectionis sextæ, de symptomaticis idem fere judicandum, quod de aliis hæmorrhagiis, excepto quod hic sanguis in tanta copia vix effundatur, si diutius durat fluxus, & magnaæ fiant excretiones, periculosæ sunt, & potest sequi hydrops, vel tabes, vel alii morbi, qui à defectu spirituum, & fermentationis debitæ ortum habent, facilitioris, aut difficilioris sunt curationis secundum causas in sanguine varias prægressas.

XII. Sequuntur Indicationes. In tumentibus hæmorrhoidibus scopus est, ut dolor, si adsit mitigetur; tumor tollatur, novus affluxus præveniatur; In fluentibus ut fluxus sistatur, vasorum oscula claudantur, & toti massæ sanguineæ prospiciatur, de quibus nunc specialius dicendum, hac observata methodo, ut primum de tumentibus agamus, quantum ad topica, & curam specialem, ea vero quæ totam sanguinis massam respiciunt, in fluentium cura tradentur.

XIII. In cura itaque tumentium, suadent aliqui ut medicus spe-

10 D I S P U T A T I O M E D I C A

statorem solum agat, & totum opus naturæ committatur, quod aliquando in corpore sano & tumore, & inflammatione levi concedi potest, at si hæc sunt vehementiora, & dolor urgeat, medicina est opus, & tentandum quid emollientia discutientibus mixta possint, etiam repellentia, ab authoribus in usum vocantur, quorum tamen usus præcipius videtur esse in morbi levioris principio, alias non sine cautela adhibenda sunt, quorum omnium ingens farrago apud authores reperitur quæ sub variis formis varie Commixta pro medici scopo, & vario morbi statu usurpari possunt nos pauca feligemus, pro fomento decoqui possunt, radices Altheæ, fol. Altheæ, malvæ, verbasci, chamaomæli, meliloti, rosarum, sambuci flores, his possunt addi farinæ semen lini, fænugræci si astringendum magis videtur, possunt addi folia quercus vel glandes, plantago &c. vel saccharum saturni vel Alumen, quæ tamen cum cautione usurpanda, si forma cataplasmatis magis arrideat, potest ex massa in priore decocto relicta fieri cataplasma, vel simplici sex pomorum pulpa vel ficuum cum vitello ovi, croco, oleis, si cui arrideat signatura laudatur chelidonium minus tufum, & appositum, sic & crassula major hispanica, &c. sed hæc sunt vel possunt esse infinita, si forma linimenti, vel unguenti magis placeat, decantatissimum est illud Horstii de linaria, sunt qui laudant oleum ovorum vel solum, vel rosaceo mistum, unice commendat Rulandus suum balsamum sulphuris egregium sane medicamentum, etiam in exulceratis, nisi quod in inflammationibus aliquibus nimis acre, & temperamento aliquo indiget. Idem potest dici de oleo rorismarini quod pro secreto apud Digbæum laudatur, sic illinitur etiam Theriaca, mithridatum, unguentum populeon cum oleo ex floribus Verbasci, mastichino, napistri, lini, camæmelino, sambucino, absintie, nucis moschatæ per expressionem, quibus addunt aliqui asfello, cinerem suberis, saccharum saturni, quæ à præsenti medico debent determinari, quibus in vehementibus doloribus possunt addi olea ex hyoscyamo, papavere imo & ipsum opium. Videntur etiam hic suffumigia convenire, ut referunt imperatorem quendam sanatum à vapore casei Edamensis in stella perforata accepto, & optime conficitur pulvis grossus ex rosis, verbasco, mastiche, succino, cui

INAUGURALIS.

cui addi potest aliquid ex papavere. Si malum contumax persistat, ac talibus remedii cedere nolit, & male liventem incipiunt accerere colorem, de apertione cogitandum est, ne sanguis ita corruptus in gangrenam abeat, quæ apertio sit vel hirudinibus, vel scalpello, si scalpello fiat, cave ne premas, in hirudinibus nullum est periculum, modo depurate sunt, & non vi avellantur, sed insperso sale, vel cinere sponte decidunt, alias venenatum aliquid post se relinquunt, in exacerbatione convenientiunt vel oleum ovorum in mortario plumbeo agitatum, vel rosarum cum tutia, lithargyro, cerussa, thure, myrra &c. vel emplastrum de savone. Si intus in intestino lateant; quod vel specillo immisso, vel digito explorari potest, convenientiunt clysteres ex solis emollientibus, malva, Althæa, verbascō, sambuco, chamomelo, in lacte dulci decoctis, & in exigua quantitate ut diutius retineantur, saepius dolor, & tumor clysteres non admittit, in hoc casu fiunt exigua suppositoria ex sevo molliori, quæ possunt in oleis ante dictis intingi, si dolor magis urgeat, potest in summitate inspergi aliquid ex semine papaveris vel hyoscyami, vel addatur opium ad granum; sape fucus inversa & digito intrusa prodest, praesertim si prius oleo rapistri vel simili tincta sit. Inter haec omnia sedulo cavendum est; ut alvus laxa servetur, ne stercorum in excretione durities malum exasperet, & si alvus non sit satis soluta natura, arte procuretur, sed medicamentis levioribus, ex cassia, manna, Rhabarbaro, syrupo rosarum pallidarum, ptisana laxante Riverii, (minuendo dosin tamarindorum, si à sanguinis cacockymia indicitur) pillulis de b dellio & similibus.

XIV. In fluentium cura, observandum primo an sint spontaneæ, criticæ, vel symptomaticæ, in primo & secundo casu, medicus spectatorem agat, solum attendendum est ne fluxus fiat nimius, symptomaticis, secundum indicationes supra positas quæ sanguinem & vasa respiciunt procedendum, ac primo si plethora adsit, recte revulsionis gratia, aperiatur vena in brachio, sic tamen ut non multum sanguinis una vice detrahatur, sed saepius repetatur levis venæ sectio ad majorem revulsionem, quantitas non potest determinari nisi à præsenti medico, in usum veniant ligature praesertim in partibus superioribus, (cavendo ne sint nimis strictæ, & saepius mutantur), ut & frictiones, Intus possunt dari quæ sanguinis mo-

tum cohibent, Julapia, ex aqua plantaginis, portulacæ, nymphæ, gemmarum quercus, pulveres, ex gummi Arabico, Tragacantha, bolo, terra sigillata, sanguine draconis coralliis margaritis, animalium dentibus, succi herbarum expressi, ex urtica, plantagine in ventriculo valido, in Cacochymia acri, & serosa venæ sectio saepe obest, juvant ligaturæ, & cucurbitulæ in superioribus, recte datur quod potest acrimoniam temperare, ut oculi cancri, Antimonium Diaphoreticum, lapis hæmatitis, Trochisci de terra Lemnia, sal prunellæ &c. de quibus authores, extra paroxysmum, respiciendum ad causas, si humorum sit saburra in primis viis, recte dantur purgantia, sed leviora (ut antea dictum est) cavendum ab Aloeticis quæ sanguinem acrem reddunt, post purgantia, ad alterantia deveniendum est, quæ sanguinis massam respiciunt, & hic optima audiunt Diophoretica, & Diuretica leviora, huc pertinent herbæ vulnerariæ dictæ, millefolium, hypericum, Alchymilla, sanicula, bugula, & similia, schrophulariæ decoctum laudatur à multis, sic ex lignis levioria decocta ex sassafras, ligno lentiscino, santalis, sarsa, china &c. in pituitosa convenientiunt pillulæ ex gummatis cum aliis alterantibus de his qui plures velit, consulat authores, de scorbuto & de ventriculi affectibus, unum tamen aut alterum monendum est, ne inter alterantia sint amara in magna quantitate, malum enim solent exasperare, deinde in secunda indicatione de vasorum clausura, non statim deveniendum ad astringentia, quid enim hoc esset nisi furrem in stabulo claudere Topica ergo debent cum cautela applicari, & nonnisi præmissis universalibus, adstringentium sub omnibus formis apud authores maxima est sylva, cataplasmatum, decoctorum pulverum, si in conspectum veniant hæmorrhoides, aliqui Colcothari eas tangunt una tamen secundum Aphorismum duodecimum sect. sextæ aperta servetur, saltem in assuetis. quæ a manualem operationem pertinent, à chirurgis peti possunt, de diæta nihil moneo, cum ex iis quæ antea dicta sunt in rebus non naturalibus, facile possunt quæcumque huc pertinent, intelligi; sed manum de tabula ne videamur operosas habere nugas.